

pei vix superante, secundo maris breviore nec incrassato, pronoti callis vix distinguendis, femoribus obscure coloratis distincta. Caput clypeo basi in linea inter scrobes antennarum ducta posita. Oculi granulati, orbita interiore apicem versus sinuati. Antennae sat graciles, articulo secundo sublineari. Pronotum lateribus rectis, disco versus apicem leviter convexo-declivi, callis vix distinguendis, margine basali sub-truncato. Scutellum basi detecta. Hemielytra completa, membrana biareolata. Alae areola hamo a vena suusta emisso, ab origine venae decurrentis paullo remoto. Xyphus prosterni convexus. Pedes sat graciles, femoribus elongatis.

Phylidea femoralis Reut.

Diagn.: Piceo-nigra, nitida, superne longe et dense flavo vel suborichalceo-pubescent; femoribus cum coxis nigro-piceis; antennis, femoribus apice, tibiis tarsisque pallide vel albido-flaventibus, tibiis fusco-spinulosis, articulo ultimo antennarum tarsisque apicem versus fuscis. Long. ♂ $4 \frac{3}{4}$ mm.

Hab. in Gallia meridionali (Drôme: Nyons!), comm. D. Dr Puton.

Descr.: *Phylo Coryli* L. colore simillima, mox autem femoribus, apice excepto, nigro-piceis notisque genericis distinguenda. Caput basi pronoti circiter $\frac{3}{7}$ angustius, ab antico visum latitudine frontis oculique unici paullo longius, vertice oculo magno $\frac{2}{5}$ — $\frac{1}{3}$ latiore. Rostrum piceum. Antennae articulis duobus ultimis simul sumtis secundo vix longioribus, quarto tertio $\frac{3}{8}$ breviore, fusco-ferrugineo. Pronotum basi longitudine fere duplo latiore, apice longitudine saltem $\frac{1}{5}$ angustiore. Hemielytra (♂) apicem abdominis longe superantia, membrana cum venis et areolis nigricante, areolis exceptis vivaciter iridescente.

19. Phylus breviceps Reut.

Diagn.: Niger, nitidus, superne parcius griseo-pubescent, membrana tota nigricante; antennis, rostro pedibusque cum